

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Daniel Grade

**Athenaei Gedanensis Cives, Gente Ac Mente Florentissimos, Sacratioris
Philologiae Amatores Cupidissimos, ... Invitat, M. Daniel Gradius, ...**

Gedani: Stollius, [1700]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn818668482>

Druck Freier  Zugang



Hb
9¹⁻²

Hb - 9 1-12





QUOD BENE FELICITERQUE VERTAT

τὸ Α καὶ τὸ Ω, ἀρχὴ καὶ τέλος, ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἕστητος!

ATHENÆI GEDANENSIS
CIVES,

GENTE AC MENTE
FLORENTISSIMOS,

SACRATORIS PHILOLOGIÆ
AMATORES CUPIDISSIMOS,

ΠΕΡΙ ΠΑΝΤΩΝ ΕΥΟΔΟΥΣΘΑΙ ΚΑΙ ΥΓΙΑΙΝΕΙΝ

EX ANIMO OPTAT,

EOSDEMQUE

AD

LECTIONES
PUBLICAS,

PRO MUNERIS RATIONE,

IN ACROATERIIS ORDINARIIS
HABENDAS,

QUANTA POTEST HUMANITATE,

INVITAT,

M. DANIEL GRADIUS,
LINGVARUM, GRÆCÆ ET HEBRÆÆ,
PROFESSOR PUBLICUS.

GEDANI,

Excudit JOANNES ZACHARIAŠ STOLLIUS,
ATHENÆI TYPOGRAPHUS.



Erculem laudare cum vellet olim ὁ δεῖνα, Diogenes, cognomento Cy-
nicus, id in sinistram partem, ac inanis operæ argumentum interpre-
tatus exclamasse fertur: *Quis unquam vituperavit?* Cum grano salis,
& restrictione ad æquos tantum judices, accipienda hæc esse, in dubium,
ni fallor, vocabit nemo. Neque enim enunciati hujus veritatem cre-
diderim adeo esse universalem, ut, qui Herculem vituperaret, inventus

fit in rerum natura plane nullus. Summa petit livor, perflant altissima venti! Et ut nullam

(a) Peric. mihi, (cum Valent. (a) loquor Arithmæo,) monstraveris alaudam sine crista: ita multo minus
Orat. VI. eximiam virtutem sine livoris stimulis. Ne ipsum quidem Jovem, quem genitorem Her-
culis fabulosa finxit antiquitas, placere omnibus, 89' νοντα, 8δ' ἀνέχοντα, Theognis,

(b) p. II. ed. homo ethnicus, in sententiis (b) dixit. Dicere idem & nos Christiani, mutato saltē
Helmst. nomine, possumus de Jehova, DEO nostro Optimo Maximo, ἐν τῷ συλλαβήδην πᾶς ἀρετή

(c) Mat. V. 7. Solem (c) ille suum exoriri facit super malos ac bonos, pluviam ille mittit super
45. justos atque injustos. Non placet tamen omnibus, proh dolor! Macrocosmum

ille variis vestire floribus solet, ira ut prata ridere sappiū videantur; & Microcosmum,
Hominem, variis exornat, animi in primis, dotibus, ita ut hinc inde quædam quasi
מִרְפָּתִי חֶרֶב, prodigia seculi, conspiciantur. Quotus autem quisque est, cui satis-
facere exesse queat? Laudatur ab his, culpatur ab illis DEUS, in secula laudandus.
O tempora! o mores! Et de animi quidem humani divinis dotibus dicere dum cœpi,

non possum non, quin sigillatim hic agam de insigni Lingvarum dono. Spiritus

Sancti gratiæ, sine qua nihil est in homine, id tribuendum unice esse, quis ibit inficias?

(d) 1. Cor. Satis enim grave testimonium hac de re gentium exhibet Apostolus: (d) οὐ μὴ γέγονται
XII. 8. 10. 11. τοις πνεύματος διδοται λόγος φίλας, — ἐπέξειν τοις γλωσσῶν, ἀλλα τοις ἑρμηνεία γλωσσῶν,
πάντα τοις συνεγεγένετο εἴναι, καὶ τοις αὐτοῖς πνεύμα. Utinam nunc, reclamante nemine,

liceret nobis etiam atque etiam iterare Diogenis illud: *Quis unquam vituperavit?* Sed

ut non rari apparent nantes in gurgite vasto μοναθεωποι, sic & μούλωποι, qui, ut

(e) Apolog. Tertulliani (e) phrasin imitatione exprimam, Lingvas malunt nescire, quia jam ode-
c. I. runt. Constituamus nobis ante oculos vetustioris ævi imaginem illam, quam Auctorum

Apostolicorum Scriptor Γεόργιος, Divus Lucas, capite secundo depinxit. Advenerat

primus sub Novo Fœdere Dies Pentecostalis, & effuso, quem promiserat DEUS, Spiritu

Sancto, incipiebat Apostoli loqui aliis lingvis, prout Spiritus ille dabat eis effari

τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ. Quid ad hæc spectatores, qui aderant, atque auditores? Non

est, quod denuo quæramus: *Quis unquam vituperavit?* Mirabantur nonnulli hoc

Γενναῖοι Ιανουα, & jure quidem meritoque. Sed quid alii? quid Empereæ ac Cavil-

latores? Parum illi mente sobrii, procacissimaq; lingua sua non in Apostolos duntaxat

πολυγλῶφες, sed in ipsum quoque, & vel maxime, Apostolorum Dominum, Lingva-

rum variarum Auctorem sapientissimum, eundemque χαρισμάτων suorum vindicem

(f) Act. II. acerrimum, injurii criminabantur (f): ὅπερ γλεύκες μεμετωπίσουσι. Progrediamur,

13. his generalioribus missis, ad specialiora. Ex universis nempe, quibus orbis incolæ

(e) v. Wa- utuntur, Lingvis, (an septuaginta strictim, communi Judæorum (g) calculo, nume-
gens. Sot. P. randæ sint, nec ne, aliis loci est despicer,) duæ potissimum in censum veniunt, He-
669. sq. & 783. Hot- bræ & Græca, palmam ceteris facile præripientes. Tantum enim honoris Lingvis

Smeg. hisce tribuit DEUS, ut consignari iisdem voluerit Vetus Novumque Sacrosanctæ inter
Orient. p. 62. se & homines Pacis Instrumentum. Sed dicas jam ex abrupto: *Quis unquam vitupera-*

vit? Plus omnino dicas, quam ipsa probat experientia, rerum longa magistra. Ete-

nim, ut vos alloquar, Athenæ nostri Cives præstantissimi, Auditores in posterum ex-

optatissimi, percepistis novissime, cum solenni Oratione munus auspicarer meum,

quanto odio Judei nonnulli ferantur in studia Græcarum Literarum. Et quid Judæos arguo?

Ipsos inter Christianos etiam repertos esse & Græcæ & Hebrææ Lingvæ Vituperatores,

memoria vobis, quam ex auscultatione nuperrima recentem adhuc habetis, procul

(b) Jes. v. dubio suggeret. O vero insipidos illos homines! (b)

20. : מִרְפָּתִי חֶרֶב וּמִתְהַזֵּק לְמַר: Vituperandus profecto ipse est quam maxime, Lingvas hasce qui

vituperat, nunquam satis laudatas. Quæ non ea forsitan intentione profero, quasi

jam in laudes utriusque Lingvæ excurrere paulo longius vellem; quanquam, si id hac

etiam facerem occasione, nec à scopo prorsus aberrarem, nec adeo forem sollicitus de

venia, à benevolo Lectore impetranda. Vedit haec tenus orbis eruditus ingeniosos En-

comiastas, qui in rebus ludicris, ridiculis, paradoxis atque abjectis, laudandis & com-

mendandis, tempus consumserunt, ne dicam fefellerunt. Sic, (ut ex Thoma Lansio

recenset

Bibliotheca
Academiae
Rostochiensis

recenset Georgius, C.F. (i) Rittershusius, Archippus asini umbram, Passeratius asinum (j) In Dissert.
 ipsum, Glaucus injustitiam, Polycrates & Isocrates Busiridem, Huttenus febrem, Pha- Hist. Philol.
 vorinus Thersiten & quartanam, Maro culicem, Catullus palearum, Ovidius nucem, p. 1.
 Diocles rapam, Dio Prusaeus Philosophus psittacum, Synesius calvitiem, Lucianus vi- de φίληνας,
 tam parasiticam & muscam, Libanius bovem, Mirandula barbariem, Coelius Calca-
 gninus pulicem, Erasmus μωεια, Pirckhaimerus podagram, Majoragius luctum, Pie-
 rius paupertatem Poeticam, Salerius & Hegedorpius ebrietatem, Heinsius pediculum,
 alii ejusdem farinæ alia encomiis ornarunt & illustrarunt. Quis itaq; vitio mihi ver-
 teret, si in laudanda re seria, ut sane est Linguae Graecæ Hebraicæque præstantia & uti-
 litas, exercere qualescumque ingenii vires vellem. At enimvero cum æqui, nullisque
 præconceptis opinionibus fascinati judices causam harum Lingvarum ipsi perorent
 sufficienissime, malo heic silentium mihi ipsi imponere, atque illorum sententiaz ex
 animi intentia subscribere, quam verbis multis dicere saltem imperfecta. Audio
 etiam mihi objici tristissimum illud: *Vino vendibili non opus est suspensa hedera*; &, (ut
 Hebræorum (k) v. Buxt. habet παρεγμάδης λόγος, (l) שמשׁ בְּבָבָה Lex. Talm.
 בה פגמה Margaritam inestimabilem (l) quicunq; laudat, de honestat eam: Nam suo se pre- col. 1250. &
 tio ipsa satis candidis æstimatoribus commendat. Stimulos interim vobis denuo admo- Flor. p. 150.
 veo, Auditores, curæ meæ commendatissimi, ut, præter Theologiam ac Philosophiam, (l) Cum
 Lingvarum etiam Studia, & ornamento vobis & usui futura, serio, nec veluti πρέσεγγον Matthæo,
 quoddam, tractetis, ne alienis videre oculis, alienis esitare mandibulis, alienis ingredi c. 13. 46.
 soleis opus habeatis aliquando. Theologiam certe præpostero conatu, & successu parum diceret πλάνη nam
 felici aggreditur, qui Linguis summe necessariis susq; deq; habitis, quam primum subsellia Talmudicū
 classica transcendit, Postillis, Postillis, unice inhiat, & iis quidem à Poëtis magis, quam Pro- ex
 phetis, elaboratis. Quem studiosæ juventutis nærum, ut mitissimo utar vocabulo, suo jam tem- Græco τιμή,
 pore gravissimus Rostochiensium Theologus, Johannes Affelmannus, (m) deploravit. Deplo- preium, ori-
 ravit etiam, qui Affelmannus qua ætatem superior, celeberrimus ille literarum patens, barbarie in Theolog.
 hostis & profligator, Erasmus Roterodamus. In elaboratissimo enim Adagiorum opere de αὐπνεῖς pol.
 Χρεῖον agens sic commentatur (n): Proverbium recte usurpabitur in eos, qui vel audaciis, vel parum (n) fol. 684.
 instruti rebus his, quibus oportuit, negotium invadunt: veluti si quis Principis manus capessat, nulla col. 2. ed.
 neque virtute, neque sapientia, neque rerum usu præditus. Aut si divinas literas interpretari concitur, Franc.
 Græcæ, Latine & Hebraicæ Lingue, denique & omnis antiquitatis rudis & imperitus: sine quibus non
 stultum modo, verum etiam impium est, Theologæ mysteria tractanda suscipere. Quod tamen, heu nefas!
 jam passim plerique facunt &c. Paucis deinde interjectis pergens Καρχαριον nobis proponit D.
 Hieronymi. Qui, cum constituisse arcanas interpretari literas, ne illis, ut ajunt, pedibus rem tantam
 aggrederetur, — inestimabili sudore trium lingvarum peritiam sibi comparavit. Quas qui ignorat,
 non Theologus est, sed sacre Theologie violator. Ac vere manibus pariter ac pedibus illis, rem omnium
 maxime sacram, non tractat, sed profanat, conspurcat, violat. Maneant hæc alta mente repolta penes
 vos, qui scientiarum omnium Reginæ, sacrae inquam Theologæ, estis mancipati! Virorum in
 Anglia quondam clarissimorum, & Johanni Capnioni, (o) primo in Germania Hebraicarum, (o) v. vitam
 Græcarumque, & aliarum bonarum literarum instauratori amicissimorum catalogo inseruntur, ejus scripto-
 quidem: M. Gvilielmus Grocinus, Theologus, Thomas Linacrus, Medicus Regius, Cuthbertus Dun- re Joh. Hen.
 stanus, vel Tonstallus, JCtus, Archi-Episcopi Cantuariensis Cancellarius, Gvilielmus Latamerus,
 Majo, Theo-
 Theologus, Johannes Coletus, Decanus S. Pauli Londini, Thomas Morus, Londoniensis Judex & logo nunc
 Advocatus disertissimus, Andreas Ammonius, Secretarius Lucensis doctissimus; sed addita hac Giesseno, p.
 clausula: Omnes sciunt Græce, excepto Colero. Quem tamen peccituisse hujus inscitiae propria lo- 94. sq.
 quitur ipsius confessio, his ad Erasmum (p) verbis expressa: Nunc dolor me tenet, quod non didice- (p) L. II.
 rim Græcum sermonem, sine cuius peritia nihil sumus. — Applicabo me, si patueris, & adjungam lateri Epist. 12.
 tuo, exhibeoque me tibi discipulum, etiam in descendendo Græce: quanquam jam proiectus ætate, & prope col. 114. sq.
 senex, memor Catonem senem Græcas literas didicisse: agnoscens etiam te, qui es mecum par. ætate & annus, ed. Lond. fol.
 nunc Hebraicis literis te dare. Vos vero, Cives ornatissimi, in juvenili adhuc ætate aīδείσθε,
 operam dantes sedulo, ut omnes sciatis Græce & Hebraice, excepto nemine. Vereor alias, ne id ne-
 glectui habentibus ruborem incutiat quarundam è sexu sequiore docta curiositas, quæ, non verna- (q) L. 2. de
 culo, aut Latino dicendi genere contenta, in ipsius etiam Græcisni ac Hebraisni adyta penetravit. puls. diff.
 Galeno (q) affirmante, διγλωτός (r) τις ἐλέγετο πάλαι, καὶ θάυμα τετ' ἦν, αὐθεωπός εἰς (s) Ad eum
 ἀνερέων Διγλώτους δύο, Bilinguis olim quidam dicebatur: eraque res miratulo mortalibus, homo unus crops Athe-
 duas exalte lingvas tenens. Quid obsecro dicturus Princeps ille Medicorum? si redivivus duobus nensis voca-
 retro seculis vidisset, vel Olympiam Fulviam Moratam, Virgilii patria ortam, fœminam clarissimam, batur διφύς,
 de qua Jacobus Micyllus, Græcae Lingue Professor Heidelbergensis: geminae quasi
 Addiderat Musis Græcorum scripta Latinis, naturæ, v.
 Et pariter lingua docta in utraque fuit; Ant. Crégut.
 vel Annam Mariam Schurmanniam, Virginem à literis maxime nobilitatam, quam meministis me Revel. arcana.
 nuper, cum de cathedra differerem, sed aīs ēv παρέδω tantum, salutare. Hæc (s) v. ejus p. 265.
 Judæos, opusc. p. 342.

Judeos, Arabesque, Syros, Grajosque, Britannos,

Cumque Italos Gallos, Ausoniosque legit.

Et legisse parum, sua gaudet & audet ad illos

Scripta dare, & Civis nomine digna legi.

Quarum Charitum lateri nunc tertiam è recentioribus jungo, Helenam Sibyllam Wagenseilium, Joh. Christ. Wagenseilii, (at quanti Viri!) filiam, cuius laudes sic decantat Magnus Daniel Omeifius, Morah & Eloqu. Professor Altdorfinus:

lingva
Non patria, aut Romana satis; non sufficit uno
Ore loqui; minor est simplex facundia voto
Virginis; Argolicas etiam doctissima voces,
Hebreasque legit, Gallosque ad proelia linguae
Provocat, antiquis olim annumeranda Sibyllis.

Quid vobis jam animi, Juvenes florentissimi? Habetis certe, quod mirari, quod imitari etiam possitis. Agite ergo, & duas ad minimum, præter Latinam, Lingvas vobis reddite quam familiarissimas! Nolle id discatis Christiani, & discere tamen quodammodo potestis, ex homine gentili,

(v) L. 2. de Ovidio (i) scilicet monente:

arte am.
Non levis, ingenuas pectus coluisse per artes,
Cura sit: & Lingvas edidisse duas.

Quas ille intellexerit, inquirat, cui vacat: ego, ad Græcam Hebraicamq; habito respectu, parænesin hanc ingenuis mentibus cupio semper obversari. Neq; enim hodie tanto vobis ære constabunt lingvae duæ, quanto quidem unica quondam constitut Johann Reuchlino, qui Hebraicam ex Judæo Romæ

(x) Epist. ad didicit, non sine insigni, ut ipse (u) fatetur, mercedis impendio. Melanchthon tradit, eum **סידא זג** de Dionys fratr. disse pro singulis horis singulos aureos. Tantum, inquam, auri suætuumve à vobis non est destinandum Hebreis, Græcisq; aut aliis etiam literis, quandoquidem Magnific. atq; Ampliss. urbis hujus Procerum

בלוא נסח ובלוא מהיר Munificentia & Liberalitate aditus vobis, ad apertas Musarum januas, patet. Arripite proinde ansam ambabus manibus, vestraq; frequentia, immo & attentione, excitate meam quoq; promitudinem, Vobis, ó Summa laborum meorum, inserviendi, drachmula ista, quam in me DEUS benignissimus contulit, in vos vero ut impendam posthac, vi ac tenore gratioæ ad Spartam Professoriam vocationis Patrohi & Mæcenates mei Maximi, quibus denuo, interprete publico hoc programmata, gratias perfolvo quam devotissimas, volunt jubentque. Ut autem eo miles de via, in posterum nobis calcanda, instruamini, en accipite hunc quasi prodromum! Palmaria nempe cura nostra atque industria occupabitur in enodando Testamento, Veteri Hebraico, & Novo Græco. Cordatoribus enim multo gratius est: si vel unum dictum S. Scripturæ difficultatibus aliquibus obstruendum explicueris, quam si mille profanorum Scriptorum loca depravata correxeris; quod Haec Casaubonum à Patre suo, in Galliis verbi ministro, cum notas in Diogenem Laertium ipsi transmisisset, responsi loco tulisse, ex ejus ore memorat Abrah. Scultetus, & ex hujus observationi-

(x) Præf. in bus venerandus Lipsiensium Theologus, Johannes Olearius. (x) In Suprema igitur Curia (כיד) Exercitat. (x) אלהינו הטוּבָה עליינו ipsius Christi (y) in docendo methodum imitaturus à Mose exordiar, Philol. p. i. mundi nascentis Historico. Hujus Librum primum, divinissimam Genesim, præmissa semper, fine (y) Luc. XXIV. 27. qua Scriptura non potest intelligi Theologice, tractatione Grammatica, quam statim excipient amœnitates & controversiae Philologicæ, è versionibus celebrioribus, Græca potissimum τὸν ἑδομένοντα, Chaldaicisque Targumim decerpentes, succincte interpretabor. In Græcis proficiendi materiam suppeditabit primus Evangelii Scriptor, **Matthews**, ex publicano Apostolus, quem propria Novi Testamenti luce, Veterisque Hebraici, nec non LXX. Senum, Librorum insuper Apocryphorum, phrasis ac constructione homogena, observationibus denique, ex Versione Syriaca longe utilissima deponit, illustrabo. Succedent suo tempore pensa quedam, & prosæ & ligatae orationis, ex Ecclesiasticis Scriptoribus, sive **Paribus Græciis**, profanèque genium Auctoriis, in usum communem feligenda. Secunda autem, quam dicunt, Classis Alumnis celeberrimi Dn. D. Henrici Opiti, Præceptoris quondam mei, atque etiamnum Fautoris in Academia Holsatorum summe venerandi, **Biblia Parva, Græco-Latina**, exponam, methodo hactenus mihi usitata, quæ consistit in accurata Textus lectione, ejusdem analysi Grammatica, vocum singularum, phrasiumq; integrarum, repetitione ac variatione. Eodem filo duce intromittam illos in Sanctuarium Novi quoque Fœderis, initium facturus itidem à **Matthewo Græco**. Ceterum, cum inter tria illa Studiosi cujuscunque artis requisita, **Φύσιν, μάθησιν, καὶ ἀσκησιν**, postremum, videlicet exercitatio, sit studiorum quasi anima, proponam quavis hebdomade unum alterumve argumentum, vel è **Latino in Græcum**, vel è **Græco in Latinum sermonem**, proprio Marte convertendum. Nimur sic explorabitur omnium optime, quid valeant humeri, quid ferre recusent. Ne autem domum extruamus sine fundamento, adhibendum erit, in Græcis, **Compendium Grammaticæ Welleriane**, à Præceptore ac Prædecessore nostro meritisimo, Dn. Wolfgango Rosteschero **ל'concinnatum**; in Hebraicis vero, **Hodegeticum nostrum Hebreum**, typis propediem exscriendum. Atque his, quos dixi, Laboribus Publicis dicatae sunt horæ, in Curia quidem **Prima**, diebus Martis II. Jovis VIII. Veneris IX. & III. in **Secunda** autem, diebus Lunæ VIII. & III. Martis VIII. Jovis IX. Adeste igitur omnes, armis necessariis, h. e. Libris instructi, & à genio illorum toto vos animo abhorrente facto ipso declarare, apud quos **Initium**.

(z) **ויהי נعم יהוה אלהינו עלינו ועננה ידינו בוננה עלינו ומעשה ורינו כוננו אכזר:** Pf. XC. **tum ferves, Medium tepe, Ultima frigent.** Valete ex voto! P. P. Domin. XIX. p. Trinit. 17. A. E. C. c. 10 cc.



istituerent, in quibus formaretur in provinciis iuventus, manisque institutis ac legibus imbueretur. Atque hinc Fl. spasianus Jmp. luculenta primus Latinis Graecisque Rhetoribus constituit stipendia, quae post eum philosophis quoque Antoninus decrevit. (d) Constantius Chlorus Imp. Eu-nium Rhetorem ex aulæ luce in scholæ vmbram lautissimo stipendio misit, vt Maenianam scholam, Bagaudico tumultu vastatam restauraret. (e) Julianus Imp. apostatae nomine notabilis, cum ægre vellet rei facere Christianæ, Christianorum occludebat scholas, scriptoresque profanos explicari prohibebat, ne ex hisce superstitione pagana absurdæ impietatis areretur. (f) Neque vero eius rei causa fuit, quod provide prudens Imperator gliscens iam iniquitatis mysterium, & antum mali Ecclesiae atque reipublicae immineret ex matrorum disputationibus, quod peruerse tradit aliquis Oron. (g) Justinianus Imp. cum magnos in templorum subiunctiones sumptus conferret, eosque ut colligeret, stipendia artium Magistris detraheret, factum est, ut scholæ querentur, & rusticitas dominaretur, quod Zoddidit Jo. Avrowsmith. (h) Sub idem tempus barbari, qualesdum Romanis erant, Germani omnes, romanorumque prouincias, Hispaniam, Galliamque, invaserunt & occuparunt, scholasque oppresgnauit hinc barbaries per longum seculorum den alibi, tum in Germania imprimis, donec Fridericus V. potius aevo literae renascerentur, & pasim concademiae, Graecique exules literas Graecas Italiae Lux literarum vti occasionem praebuit desideratæ formationi, ita haec illarum auctus & ornamenta

Lutherus enim nugas scholaisticas non improba-
ciecit; Sed Germaniae quoque in oppidis, qui fu-
stratus, grauiter est cohortatus, scholas ut erige-
neque adeo vti de religione, sic de literis etiam me-
neque enim dubium habet, quin maiori studio at-
tū literae ac disciplinae fuerint excultae in scholis at-
tiis, emendata vbi obtinuit religio, quam Romani
ecretis vbi sunt addicti, Galliam si exceperis, quae
ficiis ceruicem penitus nunquam submisit, & vel
reformatorum, quos diu ciues habuit, excitata fuit.
haec Quedensis ciuitas, cum reformationis urge-
duas scholas, alteram in veteri, alteram in noua urbe,
prima semina emendatae religionis a Rectore, Leo-
ne, sparsa sunt.

s in V. Vespas. c. xix. Casaubon. in h. I. p. 553. e) Panegyr. Veter. e est Eumenii pro restaur. scholis p. 55. f. edit. Cellar.

r. Io. Petr. Ludwig Diff. de edito Juliani contra philosophos Christia-
al. 1702. nostra obl. in Miscell. Lips. To. IV. p. 195. g) Unpartheische
nissen von der alten und neuen Gelehrsamkeit / p. 27. h) Tactic.
p. 344. i) To. II. Altenb. p. 804. *) Hallbauer Diff. ecclesia Luth.
olitoris literaturæ patrona, Jen. 1717.

